iux Prescriptum Statutorum Regni nostri Vnacum Capitane nostro ad quem Speciales hoc nomine dedimus literas moueantur procedantque atque prefatum iure uictum de bonis ipsum in illo Dictum consistentibus expellant eijciantque et reliqua iux dispositionem Statutorum de talibus sancitorum perficiant et exequantur quamprimum eo nomine ab eodem Capitane nostro requisitae fuerint. Pro gratia nostra et Fid. suae nobis debitae officijs Dat. Crac.

Sublatio bannitionis

Sigismundus etc. Scamus etc.

Quia nos ad supplicationem nomine Generosae Barbarae de Nischcze consortis relictae olim Generosi Anselmi Gostomskij de Lezenicze Palatinidis Rauen. Villae Zborow quocunque iuris titulo possessore apud nos factam bannitionem quae contra illam coram officio Castren. Nouae Ciuitatis Ad instantiam Instigatoris officij eiusdem ex delatione Laboriosorum Bartholomei et Joannis Franczkowiczow in Causa ciuili occasione contributionis Pucae per eundem Tomam Jaurow a nobilibus districtus Pucen. exactae et ad manus praefati delatoris non extraditae in contumatiam edita et promulgata est hinc ad sex mensium decursum sublevan. et suspenden. esse duximus sublevamusque et suspendimus literis hisce nostris. Idque ob eam causam ut de male (ut asserit) obtento con. se processu iure agen. habeat facultatem. Cuius quidem sublationis nostrae beneficio ille ad temporis suprascripti spacium in Regno et dominijs nostris versari ac coram quibusuis iudiciorum ac officiorum subsellijs comparere causasque suas defendere, ac negotia quaeuis licita et honesta peragere poterit. Ita tamen vt rei iudicatae parere teneatur neque exequutioni vlteriori in bonis suis non autem persona sese per se aut submissas personas opponat alioquin ipso facto omne sublationis eius sibi concessae beneficium amissurus exequutioque in persona etiam ipsius secundum legum Prescriptum extendetur. Quod omnibus quorum interest praesertim vero Capitaneis nostris locorum quorumuis notum esse volumus Mandan. etc.

Saluus Conductus

Sigismundus etc. Scamus etc.

Nos certis de causis accepisse in patrocinium et protectionem